Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6806
Copyright: <a href="https://creativecommons.org/licenses/by/4.0/deed.de" target="_blank">CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"></a>



Gen

21

c. miserationibus tuis: et benedictis tibi
minor sum cunctis miserationibus tu-
is et veritate tua quam explesti
servo tuo. In baculo meo transi
Iordanem istum: et nunc cum duabus
turmis regredior. Eruc me de
manu fratris mei esau: quia
valde eum timeo: ne forte ven-
ens percutiat me cum filiis tu-
is matribus ac ipsis benedicis mihi: et
dilatabis semen meum sicut arenam
maris. quae pro multitudine nu-
merum non potest. Cumque dormisset in
nocte illa. separavit de his quae
habebat munera esau fratri suo
g. capras ducentas. hircos viginti.
oves ducentas et arietes vigin-
ti. camelos fetas cum pullis suis tri-
ginta: vaccas quadragenta et thau-
ros viginti. asinas viginti: et
pullos earum decem. et misit per
manus singulorum greges: dixitque pueris suis
antecedite me: et sit spatium inter
gregem et gregem. Et praecepit
primo dicens. Si obviam habueris
fratrem meum esau. et interrogaverit
te. cuius es aut quo vadis aut cui
sunt ista quae sequeris: respondebis.
Servi tui iacob. munera misit
domino suo esau: ipse quoque post nos
venit. Sic dedit mandata primo
et tertio cunctis qui sequebantur
greges. dicens. hoc ordine verbis lo-
quimini ad esau cum inveneritis
eum: et addetis. Ipse quoque famulus
tuus iacob. ipse meum insequitur
Dixit enim. placabo illum munere
taliter quod praecedit: et postea videbo
illum. forsitan placabit mihi. p
cesserunt itaque munera ante eum: ipse
vero mansit nocte illa in castris
Cumque matutinum surrexisset tulit du-
as uxores suas et totidem fa-
mulas cum undecim filios: et tran-
sivit vadum iaboch. Transiens
tresque omnibus quae ad se pertinebant
mansit solus: et ecce vir luctaba-
tur cum eo usque mane. Cumque videret
quod eum superare non posset: te-
tigit nervum femoris eius: et pro-
tinus emarcuit. Dixitque ad eum.
Dimitte me. iam enim ascendit
aurora. Respondit. Non dimittam te:
nisi benedixeris mihi. Ait ergo.
Quod est nomen tibi. Respondit. Iacob.
At ille: nequaquam amplius iacob ap-
pellabitur nomen tuum: sed israhel
Quia si cum deo fortis fuisti: quid
to magis cum hominibus prevalebis.
h. Interrogavit eum iacob. Dic mihi
quo appellaris nomine. Respondit. Cur
quaeris nomen meum quod est mirabile.
Et benedixit ei in eodem loco. Vocavitque iacob nomen loci illius pha-
nuel. dicens. Vidi dominum facie ad
faciem: et salva facta est anima mea
Ortusque est ei statim sol: post-
quam transgressus est phanuel. Ipse
vero claudicabat pede. Quia ob
causam non comedunt nervum fili
israhel. qui emarcuit in femore
iacob usque in presentem diem: eo quod
tetigerit nervum femoris eius
et obstupuerit:

xxxiii

Elevans autem iacob oculos
i. vidit venientem esau: et
cum eo quadringentos viros
Dividitque filios lye et rachel.
ancillarumque famulas: et posu-
it utrasque ancillas. et liberos ea-
rum in principio: lyam vero et fili-
os eius in secundo loco: rachel autem et
ioseph novissimos. Et ipse pro-
6. cedens adoravit prius in terra
septies: donec appropinquaret frat-
ri suo. Cursus itaque esau obviam
fratri suo. amplexatus est eum: stringens
que collum eius et osculatus flevit.
Levatisque oculis vidit mulieres et
pueros earum. et ait. Quid sibi vo-